

nitas, cum diabolus in momento omnia mundi regna illi ostendit. VI. quid sit soli Deo seruire & quo pacto hoc intelligatur. VII. quomodo omnitentatio dæmonis in tribus alturiæ fraudibus consummatur, explicatur. in homil. quad. rom. 7. a col. 223. ad col. 226.

* S. BERNARDINI SENENSIS sermo I. in Euangel. lectionem: *Dominum Deum tuum adorabis & illi soli serues.* Matth. 4. Vbi de cultu sanctissimæ Trinitatis agit, & dicit nos cultum Deo debere. Primo: propter eius potentiam, cui debemus cultum I. adorationis interioris & exterioris; quæ in quatuor actibus consistit, in inclinatione capitis, curatione corporis, genuflexione poplitis, totali prostratione hominis. 2. exorationis, vt eum inclinemus per orationem, deprecationem, sacrificacionem, thurificationem: 3. veneracionis, quæ quatuor requirit; sacrorum locorum magnificentiam, ministrorum mundiciam, necessariorum decentiam, cæremoniarum harmoniam. Secundo. Sapientie eius demus cultum I. timoris, qui culpam & diuinam iustitiam ostendit: 2. pudoris, qui commissã repenset & consideret: 3. doloris, qui pensata emendet, per veram poenitentiam. Tertio. Clementie eius cultum debemus I. gratitudinis circa eius beneficia; cuius sunt quatuor actus, recognitio, benedictio, collaudatio, glorificatio: 2. promptitudinis dilectionis; huius sunt quatuor signa, poenitentia, parsimonia, elemosyna, indulgentia: 3. rectitudinis intentionis, ad vitandam vindictam. Ex quadrages. de christiana religione, tom. I. a pagin. 42. col. 2. ad pagin. 47. col. 2.

Eiusdem sermo secundus, de idololatriæ cultu, vbi dicitur de idololatriæ. I. Origine quæ est triplex. Primo erant imagines quædam, & nihil numinis habere credebantur. Secundo: Erant quædam habitacula deorum, hoc est dæmoniorum. Tertio: Erant in imaginibus secundum eorum opinionem, dij factitij. II. Offensione, cum cultus latriæ qui soli Deo debitus est, idolis offerebatur. III. Dilatatione, dæmo-

nes disseminauerunt in mundo idololatriam, falsã scientiã, fictã potentiam; occultã malitiã, &c. Ex quadrages. mali de christiana religione, tom. I. a pag. 47. col. 2. ad pag. 54. col. 2.

Eiusdem, de magnã efficaciam & fructibus verbi Dei sermo primus in Euag. Verbum Dei I. Intellectum irradiat sicut oriens sol mundum illuminat vniuersum; virtutes & vitia monstrat; declarat, illuminat, & etiam parualis dat intelligentiam; animam decorat, & decoram reddit. II. Inflamat animam viuificando; cibando; delectacionem in gustu cibi supradicti dando, inebriando. III. Ad contritionem perducit hominum corda dura; à multiplici aduersitate defendit, præcipue ab impugnationibus dæmonis, mundi, carnis; in quolibet statu fructificat, cum fideliter auditur; ad sempiternam gloriam perducit. Ex quadrages. mali de Euangelio eterno, tom. 2. a pag. 476. col. 1. ad pag. 480. col. 2.

Eiusdem sermo secundus, de obseruantia sabbati & festorum celebratione. Primo. Sabbati consideremus I. recordacionem ad quam inuitamur; 2. mutationem in diem Dominicam; propter mysteriorum declarationem, multitudinem privilegiorum, exclusionem errorum; 3. monitionem; quæ scimus plurima festa adiuncta, quæ propter Ecclésiæ præceptum sunt obseruanda. Secundo. Diebus Festiuis & Dominicis abstinendum est, I. ab opere culpa, scilicet superbiã in mente, luxuriã in carne, auaritiã in substantia temporali: 2. ab opere fortunæ & seruili, quæ autem sint opera licita aut illicita vt sciatur, consulentur hic auctor, & Casuista; 3. ab opere naturæ; quæ sint hæc opera; quare in presenti sermone. Tertio. Diebus festis insistendum est, I. orationi vocali mentali, generali; 2. prædicationi & verbo Dei: 3. deuotioni, audiendo missam & opera bona faciendõ. Ex quadrages. de Euangelio eterno, tom. 2. a pag. 480. colum. 2. ad pagin. 496 col. 1.

Eiusdem, sermo de loco apto ad pugmandum. Primo: Pugnæ locus debet